Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



me spernit Qui autem me spernit: spernit eum qui
me misit Reuersi sunt septuaginta duo
cum gaudio dicentes Domine: etiam demonia subi
untur nobis in nomine tuo Et ait illis Videba
sathanam sicut fulgur de celo cadentem Ecce
dedi uobis potestatem calcandi super serpen
tes et scorpiones: et super omnem uirtutem
inimici: et nichil uobis nocebit Verumtamen
nolite in hoc gaudere: quia spiritus uobis subiciun
tur: gaudete autem quod nomina uestra scripta
H. l. t. Dixit d. r. d. s. S. Matthum sunt in celis
Ecce ego mitto uos: sicut oues in medio lupo
rum Estote ergo prudentes sicut serpentes:
et simplices sicut columbe Cauete uos
ab hominibus Tradent enim uos in consilis et in
synagogis suis flagellabunt uos Et ad reges
et presides ducemini propter me in testimonium illis
et gentibus Cum autem tradent uos nolite
cogitare quomodo aut quid loquamini Non enim
uos estis qui loquimini: sed spiritus patris uestri qui loqui
tur in uobis Tradet enim frater fratrem in mortem
et pater filium: et insurgent filii super parentes: et
morte eos afficient Et eritis odio omnibus:
propter nomen meum Qui autem perseuerauerit usque
in finem hic saluus erit Secundum Matheum
H. l. t. Sedente ihesu super montem oliueti
accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes:
Dic nobis Quando hec erunt: Et quod sig
num aduentus tui: et consummationis seculi Et
respondens ihesus: dixit eis Videte ne quis
uos seducat Multi enim uenient in nomine meo

dabitur enim uobis illa hora quid loquamini

dicen